

31. VICESIMA QUINTA MENSIS. — Dies : Lib. IV Regum, cap. xxv, 27, dicitur id factum 27 die mensis.

Repondeo : Evilmerodach id statuit et cepit factum die 25, sed perfecti et complevi die 27 mensis. Ita Vatablus. Puta 25 die Joachinum exemit vinculis et carcere, 27, exaltavit eum supra alios reges. Ita Sanchez. Tradit vel fabulator R. David die 25 mortuum fuisse Nabuchodonosorem, die 26 sepultum, et Evilmerodach eductum et carcere quo tenebatur, quia regnum affectabat : die vero 27 eum regem esse constitutum, tuncque cum pariter Joachim a carcere eduxisse et exaltasse, eo quod in carcere ex familiariter usus esset.

Alii fabulantur Evilmerodach timuisse ne Nabuchodonosor a morte ad vitam rediret, sicut paulo ante a forma bestiali ad humana rediret; expectasse ergo tertium diem a morte, putat 27, quo sepulto patre jam securus regnum adiit. Alii fingunt Evilmerodach ex consilio Joachin patris cadaver in trecentas partes dissecesse, easque totidem vultuibus devorandas objecisse, ne crederetur paternus rursus victurus, et in regnum redditurus, uti dixi Isaiae xiv, 16. Nota hic Joachin in carcere fuisse 37 annis, id est toto tempore quo regnavit Nabuchodonosor: eo mortuo eduxit eum Evilmerodach, cum Joachin iam esset 53 annorum. Nam cum esset 18 annorum, abductus est, et in carcere conclusus. Porro eduxit et exaltavit eum Evilmerodach, vel quia pater eius moriens, et tyrannidis sue ac superbie penitus, uti immuui Daniel, v. 34, ita ei praecoperat; vel quia in carcere moribus et aliquoq; eius delectatus, amicitiam cum eo contraxerat.

32. ET POSUIT THRONUM EIUS SUPER THRONOS REGUM, — quos tum pompe causa, tum ne rebellarent, ita aula assecas habebat, ut etiamnum reges aula assecas habent duces et principes. Aut certe hi reges fuerant, si quos devicerat, et carcere cum Joachin inclusaret, ut rex Tyri, rex Aegypti, rex Edom, Ammon, Moab, etc.

Denique nota hic primo, Jeremiam paulo ante expugnationem urbis, secreto et templo extulisse arcam Testamenti et altare thymianalis (et can-delabrum et mensam panum propositionis, inquit Tornielius; nam nullius horum fit mentio in epulis captis a Chaldeis), eaque occultasse in

loco aliquo subterraneo, ac postea ea transfusisse in montem Nebo, uti dicitur II Machab. n. 4. Vide dicta Exodi xxv, 10.

Secundo, ea quae hoc cap. a vers. 30 et deinceps scribuntur, configit post mortem Jeremie, ac proinde non ab ipso, sed Baruch vel ab Esdra esse scripta et addita. Reliqua hujus cap. explicantia sunt IV Reg. cap. ult.; eo enim pertinent:

Hic finis Joachin frutorum, hic exitus illum
Sorte iulit, Sedece haec fata, haec finura Jude,
Hae Solymorium extrema dies : fuit illum, et ingens
Gloria Abramidum, Isacidumque decus?

Quam vere dixit theodidacius noster Thomas, lib. I De Imitat. Christi, cap. 1: « Vanitas vanitatum, et omnia vanitas, praeferat amare Deum, et illi sol servire. Ista est summa sapientia : per contemptum mundi, tendere ad coelestia regna. Vanitas igitur est, divitias perituras querere, et in illis sperare. Vanitas quoque est, honores ambi, et in altum se extollere. Vanitas est, carnis desideria sequi; et illud desiderare, unde postmodum graviter oportet puniri. Vanitas est, longam vitam optare, et de bona vita parum curare. Vanitas est, presentem vitam soluta attendere, et quae futura sunt non prævidere. Vanitas est, diligere quodcum omnium celeritate transit; et illuc non festinare, ubi sempiternum gaudium manet. » Vanitas est, hortos, palatia et urbes Ebrei rufuras adificare; et de domo in cellis adificanda non cogitare. Vanitas est, aurum et argenteum, hoc est terram rubram et albam, congerere; et celestes immortales opes negligere. Vanum est, et nimis vanum, filii aut nepotibus dilandis ita insudare, ut periculum gehennæ semper ardentes tibi ipsi accessas, ac vitam sempiternam amitas. O vanitas! o vanitatem vanitas! O vani, o stolidi filii Adæ! ut quid, ut quid, ut quid diligitis vanitatem, vanissimam et merissimam vanitatem, et queritis mendacium? O Veritas, o felicitas, o aeternitas! quam raro versaris in mensibus hominum! quam pauci te cogitant, nulli penetrant quia impenetrabilis es.

ETERNITATES COGITA, et cetera.
ETERNA congere. ETERNA construe.
Quam arcta via quae ducit ad vitam! quam pauci inventum eam!

GEMITUS AC CONCIONIS

GESTORUMQUE JEREMIÆ

SYNOPSIS ET GEMMÆ.

I. Audi Jeremia, audi sacerdos audi propheta Domini. Priusquam te formarem in utero, novi te: et antequam exires de vulva, sanctificavi te, et prophetam in genitibus dedi te.

A. a. 8, 8, Domine Deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum.

Ego dedi te in civitatem munitam, et in columnam ferream, et in murum æcum, super omnem terram.

Quid tu video, Jeremia? Virgam vigilante ego video. Bene vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo ut faciam illud.

Quid tu video? Olim successum ego video, et faciem ejus a facie aquilonis.

Ab Aquilone pandetur malum super omnes habitatores terræ.

H. Sanctus Israel Domino, primitive frugum ejus.

Quid invenerunt patres vestri in me iniuritatis, qua elongaverunt a me, et ambulaverunt post vanitatem, et vani facti sunt?

Obstupescite, eccl., super hoc et porta ejus, desolans velim.

Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, et foderunt sibi cisternas dissipatas, que contineant non valent aquas.

Solo, et vide, quia malum et amarum est relinquere to Dominum Deum tuum.

A seculo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, et rupistis vincola mea, et dixisti: Nos serviam.

III. Fornicata es cum amatoribus multis: tamen revertere ad me, dicit Dominus: saltem amo te voca me: Pater meus, dux virginitatis mee tu es.

Prævaricatrix Juda, et aversatrix Israel, mœchala es cum lapide et ligno.

Revertere, et dabo vobis pastores juxta cor meum, et pascent vos scientia et doctrina.

In tempore illo vocabunt Jerusalem solum Dominum, et congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine Domini.

Quonodo ponam te in filios, et tribuam: ibi terram desiderabilem, hereditatem præclaram exercitum gentium?

Convertimini filii revertentes, et sanabo aver-siones vestras.

IV. Si abstuleris offendicula tua a facie mea, non commoveberis.

Et jurabis: Vivit Dominus in veritate, et in judicio, et in justitia.

Novate vobis novale: circumcidimini Domino, et auferite prepucium cordium vestrorum.

Clama: Ascendit leo de cubili suo, et predo genitum se levavit.

Ecce quasi nubes ascendet, et quasi tempestas currunt ejus: velociores aquilis equi illius: vos nobis, quoniam vastati sumus.

Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me: contrito super contritionem vocala est: vastata est omnis terra.

■■■■■ sapientes sunt ut faciant mala; bene au-vent facere nescierunt.

Vocem quasi parlantium audivi, argustias ut perpera.

Vox filie Sion intermortuis, expandentisque manus suis: vox mihi, quia defecit anima mea proper interfectos.

V. Circuite vias Jerusalem, et querite in plateis ejus, an inventatis virum facientem iudicium, et propriez ero ei.

Idecirco percussit eos leo de syria: lupus ad vesperam vastavit eos: pardus vigilans super cibitum eorum.

Stupor et mirabilia facta sunt in terra: prophetae prophetabant mendacium, et sacerdotes applaudiverant manibus suis, et populus meus dilexit talia.

VI. Hoc est civitas visitationis et vindictæ, quia omnis columnæ inventa est in medio ejus.

Idecirco furore Domini plenus sum, laborav sustinens.

A minore usque ad majorem omnes avaritie student: Prophetæ et sacerdotes faciunt dolum, dicentes: Pax, pax, et non erat pax.

Probatorem dedi te in populo meo robustum: et probabis viam eorum. Argentum reprobum exercitum gentium?

VII. Nolite confidere in verbis mendaci, dicentes: Templum Domini, templum Domini, tem-plum Domini est.

Tu ergo noli orare pro populo hoc, et non ob-sistas mihi : quia non exaudiam te.

VIII. Ossa principum, sacerdotum et civium ex-pandent ad solem et lunam quibus servierunt, et quae adoraverunt.

Et eligent magis mortem quam vitam omnes qui residui fuerint.

Milvis in celo cognovit tempus suum : turtur, et hirundo, et ciconia, custodierunt tempus ad-venitus sui : populus autem meus non cognovit iudicium Domini.

IX. Quis dabit capit meo aquam, et oculis metu-quotem lacrymarum ? et plorabo die ac nocte in-terfectos filios populi mei.

Unusquisque se a proximo suo custodiat, et in-omni fratre suo non habeat fiduciam.

Deducant oculi nostri lacrymas, et palpebra nostra defluant aquas.

Quia ascendit mors per fenestras, ingressa est domos nostras, disperdere parvulos deforis, ju-venes de plateis.

X. A signis celi nolite metuere, quae timent gentes : quia nec male possunt facere, nec bene.

Quis non timebit te, o Rex gentium ? tuum est enim deus : in universis regnus nullus est similis tui.

Dii, qui celos et terram non fecerunt, pereant de terra, et de his que sub celo sunt.

Deus noster est qui facit terram in fortitudine sua, preparat orbem in sapientia sua, et pru-dentia sua extendit celos.

Qui fulgura in pluviam facit, et educit ventum de thesauris suis.

XI. Maledictus vir, qui non audierit verba pacti Iuhu.

Quid est, quod dilectus meus in domo mea fe-cti sceleris multa ?

Olivam ubrem, pulchram, fructiferam, spe-ciosam, vocavit Dominus nomen tuum.

Ad vocem loquula, grandis exarsit ignis in ea, et combusta sunt fructula eis.

Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam : et non cognovi.

Quia cogitaverunt super me consilia, dicentes : affutamus lignum in panem ejus, et eradicamus eum de terra viventium.

Tu autem, Domine sabaoth, qui judicas justi, et probas renes et corda, videam ultionem tuam ex eis : tibi enim revelavi causam meam.

XII. Justus quidem es, Domine, si disputem secum : verumtamen iusta loquar ad te.

Quare via implorium prosperatur : bene est om-nibus qui prevaricantur et iniqui agnisi ?

Congrega eos, quasi gregem ad victimam, et sanctifica eos in die occisionis : quoniam dixerunt : Non videbit novissima nostra.

Si cum pedilithus currens laborasti : quomodo contenderes poteris cum equis ?

Reliquum domum meam, dimisi hereditatem

meam : dedi dilectam animam meam in manu inimicorum ejus.

XIII. Jussi Domini abscondi lumbare in Eu-phrale : et post dies plurimos tuli illud, et ecce computruerat. Sic, ait Dominus, putrescere faciam superbiatum Juda.

Sicut enim adhuc lumbare ad lumbos viri, sic agglutinavi mihi omnem domum Israel.

Plorans plorabit, et deducet oculos meus lacry-mam, quia caput es grex Domini.

Dic regi, et dominicari : Humiliatus, sedete : quoniam descendit de capite vestro corona glori-vestre.

Si mutare potest Ethiopia pellem suam, aut par-dus varietales suas : et vos poteritis benefacere, cum dicideritis malum.

XIV. Expectatio Israel, salvator ejus in tem-pore tribulationis : quare quasi colums futurus es in terra, et quasi viator declinans ad manen-dum ?

XV. Si stererit Moyses et Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum : ejece illos a facie mea, et egrediantur.

Quo egrediemur ? Qui ad mortem, ad mortem : et qui ad gladium, ad gladium : et qui ad fa-mem, ad famem : et qui ad captivitatem, ad cap-tivitatem.

Quis miserebitur tui, Jerusalem ? quis ibit ad rogarandum pro pace tua ? Tu reliquisti me, retro-sum abiisti.

Vie mihi, mater mea, quare genuisti me, virum rixae, virum discordiae ? omnes maledicunt mihi.

XVI. Non accipies uxorem, et non erunt tibi filii et filiae in loco isto.

Mortibus enim agnitionum morientur : non plangentur, et non sepelientur.

Ecco ego auferamus de loco isto vocem gaudi, vocem sponsi et vocem sponsae.

Vera mendacium possederunt patres nostri, vanitatem que eis non profuit.

XVII. Peccatum Juda scriptum est stylo ferreo in unctione adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum.

Maledictus homo, qui confidit in homine, et ponit carnem brachium suum.

Benedictus vir, qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia ejus.

Pravum est cor omnium, et inscrutabile : quis cognoscit illud ?

Expectatio Israel, Domine : omnes, qui te de-relinquent, confundantur : recedentes a te, in terra scribentur : quoniam dereliquerunt venam aquarum viventium Bonum.

El ego non sum turbatus, te pastorem sequens : et diem, hominis non desideravi. Tu sis.

Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis.

XVIII. Surge, et descende in domum figuli : ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israel.

Ecce ego contra vos malum.

XIX. Contere lagunculam testeam coram po-pulo in valle filii Ennom, quia sic conteram po-pulum istum et civitatem : in Topheth sepelien-tur.

XX. Seduxisti me, Domine, et seductus sum : fortior me fuiisti, et invalidisti.

Factus sum in derisus tota die, omnes subsan-nant me.

Maledicta dies, in qua natus sum : dies, in qua peperit me mater mea, non sit benedicta.

XXL Dic Sodœcia regi : Ecce ego do coram vo-bis viam vita, et viam mortis.

Qui habilaverit in urbe hac, morietur gladio, et fame, et peste : qui autem egressus fuerit, et transiugiter ad Chaldeos, vivet.

XXII. Dic Sallum filio Josie : Non revertetur haec amplius ; sed in loco, ad quem transtulisti eum, ibi morieris.

Dic Joakim : Va, qui edificat domum suam in iniquitate, et amicum suum opprimet, et mercede-um ejus non reddet ei.

Non plangent eum : Va, fratres, va, domine : se-pultura asini sepelitur, pectoribus et projectus extra portas Jerusalim.

Terra, terra, terra, audi sermonem Domini :

Scribe virum istum sterilum : nec enim erit de semina ejus vir qui sedet super solium David.

XXIII. Va pastoribus, qui dispersunt et dilata-rent gregem pascue mee. Suscitabo super eos pastores, et pascet eos.

Ecco turbo bonitatis indignationis egredietur, et tempestas crumpens super caput impiorum veniet.

Si occultabitur vir in absconditis, et ego non videbo cum?num quid non colsum et terram ego impio?

Numquid non verba mea sunt quasi ignis, et quasi malorum conterent petram ?

XXIV. Quid tu vides, Jeremia ? Ficus, ficus bo-nas, bona valde, et malas, malas valde.

Hec dicit Dominus : Sicut fucus haec bona, sic cognoscam transmigrationem Juda in bosum, et reducam eos in terram hanc.

Et sicut fucus pessimus, sic dabo Sodœciam et reliquias qui remanserunt in Jerusalim, in vexa-tione afflictionemque, in opprobrium, et in parabolam, et in maledictionem.

XXV. Mittam Nabuchodonosorem servum meum, et servient omnes gentes iste regi Babylonis se-pugnanti annis.

Sume calicem vini furoris hujus de manu mea, et propina de illo cunctis gentibus : ut dum eas in soliditudinem, stuporem, sibilum et maledictio-nem.

XXVI. Bibile, et inebriamini, et vomite et cadit neque surgatis a facie gladii, quem ego mittam inter vos.

Dominus de excesso rugiet, et da habitaculo sancto suo dabit vocem : quam.

XXVI. Dabo domum istam sicut Silo : et urbem hanc dabo in maledictionem omnis gentibus terre.

XXVII. Ille dicit Dominus : O Jeremia, fac tibi vincula et catenas : et pones eas in collo tuo. Et mittes eas ad regem Edom, Moab, Ammon, Tyri et Sidonis.

XXVIII. Ille dicit Dominus Iananiz : Cafenes lignae contrivisti, et facies pro eis ferris : ju-gum enim Nabuchodonosor feruum posui super collum cunctorum gentium.

XXIX. Hec dicit Dominus in Babylonie : Plantate horlos : accipite uxores, quia manebitis ibi septuaginta annis.

XXX. Va, quia magna dies illa, nec est similis ejus : tempusque tribulationis est Jacob.

XXXI. In charitate perpetua dilexi te : ideo at-traxi te, miserans.

Infinite, contra caput gentium personate : Sal-va, Domine, populum tuum, reliquias Israel.

Auditis audi vi Ephraim transmigранtem, cas-tigasti me, et eruditus sum, quasi juvenulus in domitum.

Creavit Dominus novum super terram : femina circumdabit virum.

XXXII. Emi tibi, o Jeremia ! agrum patruulis tu, qui es in Anatoli, quia haec dicit Dominus : Adhuc possidebuntur domus, et agri, et vinea in terra ista.

Heu, heu, heu, Domine Deus, fortissime, mag-ne et potens : cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, ut reddas unicuique secundum vias suas.

XXXIII. Erit mihi Jerusalem in nomen, et in gladium, et in laudem, et in exultationem cunctis gentibus terre.

Audietur in ea vox hereditatis, vox sponsi et vox sponsae, vox dicentium : Confitemini Domino, quoniam bonus : quoniam in eternum misericordia ejus.

XXXIV. Audi, Sodœcia rex : capieris, et Baby-non introibis : non morieris in gladio, sed in pace, plangentque te : va, Domine.

Vos suminus liberatis unusquisque proximo suo : Idec ego predico vobis libertatem ad gladium, ad pestem et ad famem.

XXXV. Posui coram Rechabites scyphos plenos vino, et dixi : Bibile vinum. Qui responderunt : Non bibimus.

Propterea haec dicit Dominus : Non deficit vir de stirpe Jonadab filii Rechab, stans in conspicu-uo cunctis diebus.

XXXVI. Haec dicit Dominus : Tolle, o Jeremia, volumen libri, et scribes in eo omnia verba, que locutus sum tibi, adversum Israel et Iuda.

Non erit ex Joakim qui sedeat super solium Da-vid, et cadaver eius projicietur ad aëstum per diem, et ad gelu per noctem.

XXXVII. Hec dicit Dominus : Chaldei a Jerusalim recedentes ut pugnent contra Pharaonem, redibunt, capientque urbem, et succendent eam igni.

XXXVIII. Hec dicit Dominus : Quicunque manerit in civitate hac, morietur gladio, et famo, et peste ; qui autem profugerit ad Chaldeos, vivet.

XXXIX. Nabuchodonosor capit Jeruzalem, Sacerdiam excusat, filios ejus et nobiles occidit, Jeremiah liberat.

Dic ad Abdemelech : Liberabo te, et erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam.

XL. Nabuzardan ait Jeremias : Si placet tibi ut venias mecum in Babylonem, ponam oculos meos super te; sin autem, habita apud Godoliam, quem preposuit rex Babylonis civitatum Iuda.

XLI. Ismael occidit Godoliam, et populum capit : insequitur eum Johanan, et populum liberat, cum quo metuens Chaldeos, fugere cogitat in Egyptum.

XLII. Johanan et principes consulunt Jeremiam : quibus ille : Manete in Iudea, et obediens Chaldeos : omnes enim qui ingredientur in Egyptum, morientur gladio, fame et peste.

XLIII. Contemnum illi et fugiunt, secumque Jeremiam pertrahunt in Egyptum. Jeremias in Taphnia prophetat : Veniet Nabuchodonosor, et percutiet terram, delubra et deos Egypti.

XLIV. Quare, o Judei, provocatis Deum sacrificando diis alienis in terra Egypti?

Ece ego tradam Pharaonem Ephree in manu querentium animam illius.

XLV. Iste dicit Dominus ad Baruch : Dixisti, ve misero mihi, quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo.

Ece quos edificavi, ego destruo : et tu quæris tibi grandia? dabo tibi animam tuam in salutem.

XLVI. Hec dicit Dominus adversus exercitum Pharaonis Necho : Preparate scutum, state in galeis, polite lanceas, induite vos loricas.

Vitula elegans atque formosa Egyptus : stimulator ab aquiloni veniet ei. Post haec habitabit sicut in diebus pristinis.

XLVII. Hec dicit Dominus contra Palestinos : Venit calvitum super Gazam, coniunctus Ascalon. Q[uod] magno Domini, usquequo non quiesces? Quo-

modo quiesceret, cum Dominus precepit ei, ibi que condixerit illi?

XLVIII. Ad Moab : Fugite, salvate animas vestras, et eritis quasi myricae in deserto.

Date florēt Moab, quia florēt ergo dicitur : maledictus, qui prohibet gladium summum a sanguine.

XLIX. Ad filios Ammon : Ulula, Hesbon, quoniam vastata est Hæ : Melchom capiatur, sacerdotes ejus et principes ejus simul.

Parvulum dedi te, o Edom, in gentibus, contemptibilem inter homines.

Quomodo dereliquerunt civitatem laudabilem, urbem latitiae?

Succendam ignem in muro Damasci, et devorabit mortis Benadad.

L. Capta est Babylon, confusus est Bel, vixit est Merodach.

Gladius ad Chaldeos, ait Dominus, et ad habitores Babylonis, gladius ad divinos ejus, gladius ad fortis illius, gladius ad equos ejus, et ad omnem vulgus ejus.

LI. Fugite de medio Babylonis, et salvet unquam animam suam : quoniam tempus ultionis est a Domino : vici sicut dux ipse retrahet ei.

Calix aureus Babylon in manu Domini, inebrians omnem terram : de vino ejus biberunt gentes, et ideo committunt sunt.

Ecco ego ad te, mons pestifer, qui corrumpis universam terram : evolam te de petris, et dabo te in montem combustionis.

Sanctificate contra Babylonem gentes, reges Mediae, duces ejus, cunctamque terram potestas ejus.

Inebriabo Chaldeos, ut sopiantur, et dormiant somnum semperium.

Deducam eos quasi agnos ad victimam, et quasi aristes cum hædis.

Laudabunt super Babylonem coeli et terra, et omnia que in eis sunt : quia ab aquiloni venient ei predones.

Qui fugiatis gladium, venite : recordamini procul Domini, et Jeruzalem ascendet super cor vestrum.

Dic Sarai : Cum veneris in Babylonem, leg omnia verba libri hujus, librumque proiectionis medium Euphraten, et dices : Sic submers Babylon, et non consurgent a facie afflictioni

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto : erat in principio, et nunc, et semper, et in seculorum. Amen.

COMMENTARIUS

IN THRENOS

SIVE

LAMENTATIONES JEREMIÆ.

PRÆFATIO.

I. Maxime pathetica et affectuosa totius Scriptura sunt pars. Jeremias enim ut (testis id) Proclus, libro I, epist. 298, omnium Prophetarum fuit calamitosissimus, ita pariter quam maxime Threnodus hic ubique cunctos ad dolorum, luctum et ploratum excitat. Jeremias, in quam, vel potius Spiritus Sanctus per Jeremiam, in hisce Threnis videtur omnia sua lamenta conglobasse, atque compassioni, planctu et lacrymis habens omnes laxasse. Idque merito, quippe qui videbat omnes suas prophetias, minas, monita et observationes in irruere occidisse, deplorata omnibus, urbem Jeruzalem quam tantopere salvare cupiebat, Judæam, rempublicam, et regnum genitus, templo illud Salomonis orbis miraculum, populum Dei, adeoque Synagogam totam, Deipage Ecclesiam vastatam, eversam et incensam a Chaldeis. Juste ergo inconsolabiliter lamentatur, et suspirat genitibus inenarrabilibus, ut suo exemplo suis cives genere doceat, et ponitiam agere, ut a Deo veniam, atque gentis, urbis et reipublicae restituitionem impetrant : uti de facto impetrarunt, quando 70 captivitas anno a Cyre in patriam remissa sunt, urbs et templum restituta, res publica et Ecclesia restaurata fuerunt.

Ostenditur juxta Jeruzalem, et in ejus chorographia depingitur ad meridiem urbis, non longe ab Hacelmeda, tœvea Jeremie, in qua ipse aspiciens Jeruzalem a Chaldeis vastatam, dolens et flens hocce Threnos dictavit, ubi Helena imperatrix sacrificia construxit opera, sit ex Nicophoro Adrichomio in *Descript. Jeruzalem*, num. 224.

Dat ergo Jeremias hic nobis typum, exemplum at carmen, quod in urbium, regnum, recipiliæ et Ecclesiæ eversione, quod in publica calamitate et clade, quales plurimas hisce annis in Belgio vidimus et videmus, totidem veribus usurpamus, ut intimo compassionis affectu has strages tum corporum, tum magis animalium, sanguineis

lacrymis apud Deum deploremus. Quocirca merito Paschasius consit hoc triste Jeremias carmen vocari posse Threnos threnorum, vel Lamentationes threnorum; sicut hec Salomonis Epithalamium vocatur Canticum cantorum : ut enim eo nihil letus, ita hoc nihil tristius in Scriptura aut apud profanos repertiri potest, ut cum eo compareta tragica Seneca, et similium, umbra esse videantur, et iudi postularum arte rhetorice conscripti et confici. Hie enim non ars loquitur et gemit, sed ipse Spiritus divinus, qui totum Jeremiam occupaverat, ut gentis sua populique Dei excidium plangat genitibus inenarrabilibus.

Rursum mystice Jeruzalem hoc ita vastata communiquerit accepit horum respubliæ et societas, sive genus humanum in Adamo diaboli fraude eversum, atque de primæva felicitate, paradise et originali innocentia dejectum. Proprio vero ac peculiariter Jeruzalem hæc est anima, que peccato mortali consentiens, statu justitiae et regno Dei privata, dæmonis regnum, jugum et tyramideum subiit, et clades longæ majores, quam Jeruzalem olim, vel quodvis regnum aut respubliæ eversa, experiri et perpetui cogitare, ut merito poniens Threnos hocce usurpet, ac inter alia dicat illud cap. m. 12 : « Tenet arcum suum, et posuit me quasi signum ad sagittam. Misit in rebus meis filias pharætre sue ; » et vers. 15 : « Replevit me amaritudinibus, inebriavit me absinthio. » Exempla et lamenta penitentium stupenda vide apud Climachum, gradu 5 *De Penitentia*; et Item in Vita S. Marie Magdalene, S. Marie Egyptiacæ, et S. Pelagie penitentis. Audiet S. Hieronymum de seipso epist. ad Florentinum : « Ego cinis, et vilissima pars lut, et jam favilla : ego cunctis peccatorum sorribus inquinatus, diebus ac noctibus opprimerem, cum tremore reddere novissimum quadratiem. Sed tamen quia Dominus solvit compeditos, et super humilem et trementem verba sua requie-